



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 66. Provinciarum Deputati conclusionem revocari postulantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. Magna erat concurrentium frequentia, &
 A. C. 1439. utraque pars ad sententiæ suæ defensionem obfirmatum exhibebat animum.
 Cum ergo hac die forma decreti conclu-
 denda esset, & Cardinalis Arelatensis oce-
 tum valde numerosum, ne non duodecim
 illos Deputatos, qui pro legendis conclu-
 sionibus destinati erant, concordatis con-
 sensisse cognosceret, ad præcavendos tu-
 multus, atque clamores, qui forte suburi-
 ri possent, e vestigio Concordatum pre-
 legi jussit, postmodum futuræ Sessionis
 diem inducturus. Quod ut intellexerant
 Oratores, ac Principum Delegati, qui a
 Lubecensi Episcopo in choro majoris E-
 cclesiæ ex industria detinebantur, indige-
 tate rei commoti abscedebant, & ingratu-
 concionem in graves, apertasque quer-
 las de injuria sibi illata erumpabant.

§. LXVI.

Provinciarum Deputati conclusionem revocari postulantes.

Horum primus conclusionem omnino
 revocari a Synodo petiit, vicissim pro-
 mittens, se ea lege pacis conciliatorem ex-
 titurum, quinimo Concilium omni modo
 protecturum. Archiepiscopus Turon-
 sis videri sibi dicebat, usque ad Sessionem li-
 beram esse dicendi omnibus facultatem adver-
 sus eam, quæ promulgari deberet, legem;

*An. Sylv.
loc. cit.*

esse grandem, arduamque, nec tam brevi spa- Sæcul. XV.
tio comprehensibilem; velle se atque collegas A. C. 1439.
ante confessum & audire alios, & audiri ab
aliis; oportere eum rem bene nosse, ut do-
mum rediens, & informare posset Galliæ, Do-
minum suum. Pluribus aliis contra Arela-
tentem declamantibus, ad Panormitanum
Archiepiscopum ordo deflexit, qui pluri-
mum excandescens, graviter in Basileen-
ses invehebatur, in eos illa Evangelii ver-
ba apud S. Matthæum cap. 7. v. 6. *A fru-*
dibus eorum cognoscetis eos, & illa: *Qui*
male agit, odit lucem, Joan. v. 20. re-
torquens. Absolutis omnibus hisce ser-
monibus, in quibus plus commoti animi
motibus, quam veritatis amori tribui cre-
debatur, Cardinalis Arelatensis verba fa-
cere coepit, atque orationem suam jam ad
Panormitanum direxit, jam & Impera-
toris, & Francorum Regis Oratores, non-
nunquam etiam ad quosdam Prælatos si-
gillatim convertit.

§. LXVII.

Cardinalis Arelatensis Oratio pro Conclusione.

Summa autem orationis suæ hæc fuit,
Conclusio Canonice ac juxta ritum le-
gesque, quas omni tempore Synodi Pa-
tres servarunt, confecta est, quæ vero ho-
die